



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Lectori Benevolo Bartholomaeus Poin, Salvtem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
 CHRISTI
 1179.

dunt; vt ita facilius commiffiones impetrent, fub hac forma: Conqueftus eft talis de illo, & quibusdam aliis propriis nominibus exprimendis, quod ei in tali negotio & aliis graues exiftunt. Eorum igitur volentes obuiare malignitatibus, decreuimus, vt cum in noftris commiffionibus minores & viliores perfonæ folummodo defignantur, maiores & digniores fub generali claufula non intelligantur includi: nec effrenem multitudinem hac occasione liceat includere, vt de maioribus & minoribus audiantur, qui de minoribus & leuioribus tantum faciant mentionem. Si quis vero maiores perfonas expreflerit, vt non velit cum eis experiri iudicio, fed vt descendere valeat ad minores, quia fraus & dolus ei non debet patrocinari, tamquam mendax precator careat impetratis.

LECTORI BENEVOLO

BARTHOLOMÆVS POIN, SALVTEM.

HÆC funt, quæ ex archetypo illo, cuius fupra mentio fit, lectu adeo difficili, fummo labore defcripfimus. Quæ fi cui grata & vtilia fuerint, primum gratias agat Deo, qui horum qualecumque exemplar hucusque feruauit: deinde F. Petro Crab, qui hoc ipfum, vt inter Concilia ederetur, procurauit: poftremo & nobis quos non piguit (quamquam non deerant qui dehortarentur, & abfterrerent) vtilitatis publicæ gratia moleftiæ tantum perferre, vt quæ antehac difficillime legi poterant, iam cuius lectu facilia redderentur. Ceterum fi quibus in his locus aliquis intricatior, mutilus aut minus abfolutus videtur, ii nouerint, difficultatem eam fibi nobifcum efle communem. Neque enim archetypon ipfum adeo terfum fuit, quin & nos aliquoties hæfitare cogere mur. Maluimus autem & te fubinde nobifcum hære, quam conieciffe ac mutaffe quiduis temere videri. Certe in editione hac poftrema permultis locis mendæ fublatae funt opera F. Laurentii Surii, & plurima fuae integritati reftituta.

PLVRIVM Conciliorum prouincialium fub Alexandro in Anglia celebratorum mentionem inuenies apud fcriptores Anglicanarum rerum. Ego cum delectu ea dumtaxat excerptenda putauit, quæ ad ecclefiam in fide & moribus ædificandam pertinere vifum fuit: faciam deinceps idem in reliquis fubfequentibus pontificibus omittendo fupflua, apponendo neceffaria.